

A nequeo, quin amoris & fidei exēpla quædā cōmemorem, quæ in ipsis canibus elucescere plerunq; cōperiuntur. Nā Leutricas pueras treis à Spartanis iuueni bus quibulđā constupratas, mox occisas, & in puteū diectas indicio canis Scedo patri peregrè aduenienti, & latratu & cursitatione ad puteum fuisse proditas nunc dissimulabo, alia quædā maioris forsan admirationis repetiturus. Cōfoso enim intestinis bellis ciue Romano, aiunt nō potuisse quempia caput ei⁹ abscondere, vsquequo canē qui dominū custodiebat, proq; eo ferociter pugnabat, ab instantibus interemptū summotūq; vidissent. Ambrosius resert, occiso Antiochiae milite canem cadaueri comitē adstitisse, qui dum eiulatu mōsto rapti domini desideriū diu testareatur, ingentē hominū coronā ad fidelitatis spe- etaculū contraxerit, donec eo inspeccō qui cædem patrauerat, in eū insilierit, tamq; diu prehensum cōtinuerit, donec re patefacta percussor sit in suppliciū raptus. Illud vero pæcipua est admiratione dignū, quod ab Æliano traditu est, Colophoniu quendam vnā cū seruo & cane, mercatum in Ioniam concessisse ad urbem Theon: cumq; seruus, qui pecunias cerebat, naturæ satis facturus aliquantulū à via deflexisset, loculo humi deposito immemorē abisse: canē ad ei⁹ custodiā perstittiſſe, donec illi re infecta, quod pecuniæ nō aderant, rediiffent, canemq; in eodem loco apud marsupiū offendissent, qui quod absq; potu, ciboq; diu perseuerauerat, ita redditio deposito expirauerit. Sed quid illud quod apud Plutarclū de Pyrrho fertur eum aliquando factum obuiam cani, qui cadauer herile custodiebat, vbi triduū absq; cibo permāserat: quod cūm Pyrrh⁹ sepelire iussisset, canem sibi diligenter curandū imperauit: euenit vt haud ita multo pōst Pyrrhus exercitum lustraret, assidebat regi canis, tacitusq; quiescebat, cūm interim interfectores heri nomina daturi præstō fuerunt: exiliit statim canis vbi eos adesse vidit, magnōq; hostes latratu incessens ad Pyrrhum identidē respētabat, vt non illi solū, verū omnib⁹ qui aderant facti suspicionē concitarit ingentem. Correpti igitur illi, minimisq; quibulđā indicis conquisi- tati, scelus cōfensi sunt, atq; ita poēnas iussi pēdere. Fuit & alter Pyrrh⁹ ab rege illo, qui tantæ fidelitatis canē habuit, vt cūm mortuus & in rogo positus esset, subfecutus itidē canis in pyrā se coniecerit, & concremati pertinacissimè vo- C lucerit. Fuit & Polo histrioni apud Græcos celeberrimo canis, q; post impositū rogo dominū in easdem sponte se coniecerit flamas. & alius eodem quo sal- tator Theodorus sepulchro cōditus fuerat, catellus includi voluit. Iamq; et Eu- polidis Poētæ comicis canis Augeas nomine celebratur, qui mortuo sepulcroq; domino p̄mōrō & ipse cōtabuit, erepti domini desiderio tandem extinxetus.

## PHILOSOPHIA COMMUNICATA.

H ieroglyphicum & Cerberus argumētū habet: Gr̄ecorum enim nōnul- li non incongruē forsan existimarūt, abstractum Herculis opera ex obscu- ris Erebi penetralibus tricipitem Cerberum, patefactā ab Heroē philosophiā, quæ prius in arcanis delitescebat, indicare. Ea verō vna ceruice contenta, trib⁹ distinguuntur capitibus, quorū vnū Rationi, Naturæ alterum, tertium Moribus inseruit. Vnde præter edomita tot mōstra, Herculem ipsum ferūt sagittas in Iu- nonem iaculatū, & Plutonē etiā telo, vt Homerus inquit, trisulco sauciasse. Phi- losophus enim vir, dum solerti indagine sublimia quæq; peruestigat, naētus ali- quid captu dignum, mente veluti pennato quodam vitetur telo, quicquid il- lud fuerit assequatur. Neque quidem locus vllus est, neq; abscessus tam remo- tus, tā abditus, tam inaccessus, quō non peruerterit philosophia: terræ siquidē hæc